Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Fragment: Declamatio ad festum corporis Christi : Universitätsbibliothek Rostock, Fragm. theol. 15

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1824047541

Handschrift Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

1
Fe 74(1)

Ad festum corporis dominici rudis et simplex declamatio, quam in commendationem qualem
cumque tanti sacramenti paucissimis horis absolvimus

Maximum et inscrutabile misterium, in quo totius nostre salutis vertitur cardo(?), utcumque ieiuno sermone (quod
enim vel potentis eloquentie flumen satis ad hoc sufficere videbitur?) vobis nunc dicturus, viri patres, re
vera nescio, quibus me minimam excusationibus adversus occultos animorum iudices: quibus quoque modis
favoris vestri impendio mihi conciliem: presertim cum forsan et me nimis imparem tantis oneribus ar
bitremini: tum etiam, quia de vestra capacitate pro tam vehementi luce(?) suscipienda procul ambiguo du
bitatis: utrimque lapis apparet offensionis. Verum eo iuvante, qui verbis humanis brutam bestiam olim
loqui fecit, confidentius rem statutam aggrediemur, sublimitatem huius tam sacri sacramenti, cuius hodie
venerandam referimus memoriam, in ardenti flamma sanctissime charitatis, qua nos ad mortem usque tam
ferventer dilexit, misericordiarum pater, nunc enarraturi. Quis enim vel tenuem scintillam tante sancte
dilectionis in penetralibus animi nutriens, in grandem non statim ignem eluceat? Quis tam presentem
creatoris amorem, primis dumtaxat gustibus presentiens, non illico sorte(?) pleniori motus, in totam exul
tationem prorumpat? Quis denique tacere poterit illius immensam et mirandam in miseros nos hominis
benignitatem, cuius laudes universa creatura per orbem suis cantibus non invita resonat, cuius munere
vel etiam ipso plena sunt omnia. Collaudatus est preciosis honorum statuis urbium quondam servus: ser
vus inquam et obscurus homuncio, licet non usque adeo contemnendus, qui se pro domino periclitante coniecit
in captam ad oculos mortem. Quid queso gratitudinis in hoc nostro negotio satis erit, ubi factor omnium
non solum crudeliter occumbens pro salute nostra, semel a nobis ablatus est: verumetiam semetipsum reliquit
famulis usque ad consummationem seculi. Meminerimus velim viri fideles, vestros ordines(?), casum, vitam,
erumnas, pericula, qualesnam ab initio fuerimus, homines dico miseri, qui nihil habentes preterquam quod
ipse dedit, qui tandem et semetipsum dare nobis non recusavit. Recolite fratres quam benigne creati sumus, ab eo qui
nostri nequaquam indiguit, ex luto facti viventes, et angelis utique similes non parum: quam clementer ipse factor
noster diu cum patribus nostris, immo nobiscum adhuc dum post futurus egerit per prevaricatos(?) divini sui pre
cepti, quos profecto servavit feliciter penitentes: quam accurate necessitatibus nostris, etiam in calamitatum in
quietissimas tempestates indies occurrat, quam denique potenter eripuit nos de manu principis huius mundi
proprium sanguinem in redemptionem pro multis et remissionem peccatorum copiosissime profundens.
O largitas ineffabilis: O magna dei misericordia: Nulla natio deos tam propinquantes habet sibi.
Nunquam hic lachryme non suboriuntur. Hic iam cuivis(?) invictum adamantem franget: Et quod multas(?)
... cor, et si quod omnibus durius est in vera tam excellentis sacramenti commendatione non potest non emol
lescere, gemiti, rupi, fontemque dulcissimi fletus abundanter emittere, potissimum si corpus ipsius nostri sal
vatoris non cum Iscariote proditore sed sinceris affectibus in cibum spiritualem acceperit. Ut sicut per mor
sum cecidimus a gloria, sic per hoc sanctissimum alimentum anima rursum resurgat unde corruit. Ita
sumi tandem oportuit ex vulnere medelam: sic decuit ut vita mortis locum occuparet. Hoc ab eterno
voluit, qui venit ad captivos in tempore liber, et nihil iniquitatis habens: portans nihilominus mortali
carne peccatum nostrum: sic cruce deformis pendens antique proditionis delevit chirographum. Hoc inquam
voluit in memoriam summe dilectionis apud nos remanere. De quo tamen, ut exigua virtus nostre mentis
admittit, pauca relaturi, peritis eorum abhorremus presumptuosam sollicitudinem (suas nunc hic penas
partim luunt) qui de tam abditissimis abyssi divine miraculis, non disceptare tantum inter se constanter
audent, sed preterea rudi vulgo fecisse suspiciose quod Christi non dum in carne viventis velut lapsi de celo
prostituere, non metuentes in tam arduis rebus, quod in re prophana semel accidisse. Numenio Pytha

n° 22°

Fragm. theol. 15

gorio. Nonque scimus nos absque certaminibus opinionum fidem nostri defectus baculum ferentis, quod in scripturis
est paucas aperuimus et si forsan cuncta non ex sententia futura sint omnibus: Putamus enim lucem
non minus delectare si fuerint aliquando tenebrae paululum admixtae: Quam illi querentes, noctem obducunt
Sed non potest nec debet mortalis hoc supramodum ambientur inquirere, quod sibi conditor sub velaminibus
occultum est, siquidem non decet servus nec est laudabile, si consilia suorum dominorum, nisi quatenus ad mi
nisterium suum pertinet, scrutari voluerint. Quapropter in his archanis rebus firmiter credendum est
in militia, quod post victoriam abducto velo facie videbimus ad faciem, in gloria. In hoc namque sum
datur domino domus post lamentosam captivitatem: quam speciosam deum pulcrique erigere, quem perficiat
Joh. 15 charitatis: qua certe nemo vel hic vel habuit maiorem unquam eo qui posuit animam pro suis amicis: Im
mo, qui pro crucifigentibus inimicis oravit, ut faceret eos templum dei viventis. Quoniam inquit in
ad Cho: 6° illis inhabitabo, et non inter eos inambulare statui. Revera parens viri si cuncta studiose meam
perpenderis: hoc nunc est, hoc deo gestum de nobis, hoc inquam, quod in iucundissima cantica totum
orbem resolvit: quod laetissimis animorum concentibus hunc diem celeberrimum facit: quod postre
mo salutis nostrae triumphum, non in curribus et equis adduxit, sed in eo nomine, quod tele terrae
ter adorant, quod nos coram patre cum timore veneramur, quodque contremiscunt infelices inferi:
Triumphum dico nobilem, et nunquam ita visum, quem in humilitatis veste nobis ad exemplum Chri
stus dominantium dominus publicanorum, piscatorum, et perditissimi proditoris pedes lavit, mirum
Joh. 13 et memorabile testamentum nobis scribens, cum diceret ad eos, Diligatis invicem sicut vos dilexi:
Vitis ego sum, vos palmites: In me manete, fructum facturi, ne tandem arescatis in pabulum ignis
At quomodo poterimus in Christo permanere, nisi compleatur hoc de nobis, quod ipse quondam inter nos
Luce 22° versatus dixit: Accipite et dividite inter vos: Et ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater regnum
ut edatis et bibatis super mensam meam in regno meo: Sed expediamus triumphalem insignem
in cenaculo grandi stratum paratum, de quo prius ante multa secula per prophetam dictum fuit: Et ine
Marci 14° briabo animam sacerdotum pinguedine: et populus meus bonis adimplebitur: Hic luculento seculi
Hier: 31° se praecinxit rex regum et mundi conditor, genua flexit in terra, quam scabellum pedum suorum
posuerat: coram osculatus est callosa purulentaque vestigia, quorum nunc imitatores, aut ut pe
tant ipsi non imparis omnino successores, qui vocari volunt vel Christi potius vicarii, vix ora servo
rum ad oscula delicatorum et margaritis gemmisque splendentium pedum admittunt: Immo pedibus
imperatorum capiti superbe coronam, maior inter suos haberi qui vellet: eo deveniat ministrum
aliorum: se prebuit in album nunquam desiturum: nec tamen hostis iam publice notati, vindicando
prevenit iniuriam: Docuit nos plenitudinem sapientiae suae: Ultimis tandem post multas cor
tenebras et opprobria processit (ut paucis multa dicam) dedit nobis hoc celsissimum donum, quod
hodie velut recens versatur in conspectibus nostris, ad locum digito suo demonstrandum: in quo ve
tustissimis temporibus primus Adam altare deo struxit obtulitque munera: Cain et Abel hinc
Genes 9° inde Noe felix sui post aquarum cladem ubi sacrificavit: ubi firmatum est, solemnissimum, et nob
Genes 15° prosperrimum foedus, quod cum omni carne vivente pepigit omnipotens, et quod Abrae promissum est
in generationibus, maxime cum unigenitum Isaac eodem ad victimam ligna portantem pararet, pater
Genes 22° gerens gladium et ignem, pueris interim duobus (testamentum utrumque puto) reditum expectantibus
Dies me, vel spatium in finis deficeret, si prolixius hic in amplitudinem utriusque planiorem deducere
reperio: Sed citius ad nostrum institutum accedamus: Post ubi constituta civitas est, ad cuius nostra beata ne
seu certe infelicissima memoria, nobis in vitae salutifera, fons uberrimus gratiarum: et indeficiens
viaticum nostrae peregrinationis effluxit e sacratissimo latere Christi, qui se sponte pro nobis dedit hostiam
immaculatam patri, mundoque cibum vero sufficientissimum hominis, sicut Melchisedech rex iustitie

olim presignavit. Huius nunc presentis/ presentem triumphum inspectamus: Ecce nascitur nobis:
ministrat nobis: pendet ante nos in cruce: moritur/ memoria teste: regnat/ vivensque nobiscum
Immo conversatur inter binos testes/ qui rem hanc pariter inter se contractant. Hec est ab ipso
Nu. 13° palmite pregnans uva: quam in vecte viri duo/ qualescumque sint illi fideles utriusque testa-
menti testes/ portare vix valent: ubi quoque ficus/ et mala granata multipharium: unde nos delicia-
rum veteres et negate nimis diu paradysi/ participes denuo iam effecti sumus. Nam si sanguis hir-
corum/ et cinis vitule conspersus/ inquinatos olim sub lege sanctificavit/ in emundationem carnis: quan-
ad Hebr. 9° to magis Christi sanguis/ qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum/ emundavit conscientiam nostram
ab operibus mortuis/ ad serviendum deo viventi: qui mortuus est semel/ ut nos in sempiternum
vivamus. Hic est agnus occisus/ dignus aperire librum et solvere septem signacula/ cui benedictio/ gloria/ potestas/
Apoca. 5° et honor ab omni creatura merito debentur/ presertim in hoc sanctissimo die: quem in monte Syon circumstare
novoque carmine collaudare/ nemo poterit/ nisi de tot milibus/ duntaxat centum quadraginta quattuor milia/ qui
Apoca. 14 de terrenis inquinamentis velut innocentes empti sunt: Hoc est lignum vite/ florens in medio paradysi: de quo
Genesis 2° si posueris in aquas Marath/ post triduum dierum sitim in solitudine sicientis mundi/ dulcescent/ fientque potabiles
Exodi 15° Hic est fluvius exiens de loco voluptatis/ in quattuor mundi partes divisus/ irrigans universa corda fidelium
ad producendum fertilem fructum/ trigesimum et centesimum: Hoc est holocaustum immaculatum/ quod ad ostium taber-
Levitici 1° naculi testimonii solenniter offertur ad placandum deum/ de quo tantum de sacerdotali genere masculus in loco
Levitici 6 sancto vesci potest/ quia sanctum sanctorum est: Hoc est manna suavissimum: cuius umbra fuit/ quod in deserto
Exodi 16 Israel/ patribus de celo prebitum est: Hic preterea (cui nunc ara per orbem terrarum fumant odorem incensi)
verus est Joseph/ quem sui fratres nequiter interficere cogitantes/ uno dante sanius consilio/ vendiderunt Ismaelitis
Genesis 37 39 42 qui tandem pallium reliquit in manu meretricis Egyptie/ meliorem estimans iacturam vestimenti quam
pudicitie/ magisque tunc eligens carnis indumento spoliatus in mortis carcerem descendere quam pro minima gloria
adulterium voci acquiescere/ illi inqua voci qua dicitur Hec omnia dabo tibi si procidens adoraveris me: Sal-
vator hinc mundi recte vocatus est Hic sicut ille sub figura pane viri patris/ hic est qui rivos educit e
Deut. 8° petra durissima/ alensque patres nostros pane celesti per solitudinem/ et molarem maxille dentem aquas
Judicum 15 abunde fesso quondam Sansoni prebere iussit Igitur qui verbo de nichilo creavit omnia/ namque nunc eadem
potentia nature non permutat ordinem aliquid triumphans: cum tam a nature cursibus aliena maioribus
nobis ostenderet/ et nos plebem electam semetipso alit/ sub vini panisque miranda specie/ potissimum hodie
nobis casipos epulas gloriose proponens/ quas olim transfretans ab hoc mundo fratribus in signum victorie
vereque dilectionis exhibuit/ corpus et sanguinem suum preciosissimum sub eorum forma que caduci corporis
optime nutritioni serviunt: ut et hic cibus anime alens/ mentem servet in perpetuum/ ne post unquam esuriat
Levitici 23 Hec igitur nobis tabernaculorum festa septem diebus in quibus oblatio domino celebratur: quapropter ad cetum
Nu. 10° gentis nostre convocandum/ ut cum arca tam grandissimi federis castra moveat/ argentee ductilesque tube
concrepent/ dum quoque mortalium lingue dulcibus modulis concelebrentur: quia nunc ad elevationem serpentem
promeruit diaboli victorem universa chorus malorum demonum cedit/ contabescat/ spargitur: Verum qui
sanctissimis huius delicijs pasci vult/ necnon gloriosissime turris fieri particeps/ ad hunc montem Oreb accedens
sanctus/ calciamentum concupiscentie solvat/ quia locus est sanctus ubi dominus et non angelus ex rubo loquitur: Certe in
dicium ipsius timendum est/ qui nunquam est ita misericors/ quin non et simul verax: neque severissimam iusticiam
a mitissima clementia secernit: quia non peccantibus angelis non solis infructuosam arborem reperat
1 Paralip 13 Cui percussit iratus Ozam aurigam in arca Chidon/ tendentem forte manum ut arcam labescentem que de
colle Cariathiarim ex Juda ducebatur/ sustentaret. Nos quippe lascivientes paulatim indignari cum
deus quod ita magnificum ea continuet. Verum duntaxat lapideas tabulas duas: quas cum etiam in templum
3 Reg. 8° Salomonis per sacerdotes ponerentur nebula domum implevit et gloria domini cunctis apparuit Quanto magis
cum in habitaculum suum purgatissime devenerit: Hunc hospitem accipiens viri patris ut sicut
dies petit/ intimis precordiorum visceribus per letas psalmos et laudum cantica suscipiamus cum convenit. Nam
Iesus noster hospes et deus post cenam de qua loquimur triumphum/ glorieque aggressurus hymno dicto
Marci 14 exivit in montem Oliveti: Hunc et recte nos continere possimus Induxisti nos in terra Carmeli ut comederemus
Hiere 2°

fructum eius et bona illius. Et licet multi (proh dolor) fastidientes aut ignorantes hanc beatitudinis uel fugere
negligant: Nos tamen singuli (quisque scimus ad mundi redemptorem preces effundentes) deuote loquimur
Psal 16. Satiabor cum apparuerit gloria tua: Satiabimur autem omnes et abunde: Nec mirum hoc alicui uideatur:
Nam et inter euangelicos quinque tacerem et una multitudine non modica. Et viginti primitiarum panibus
4 Reg 4° hordeaceis frumentoque nouo iubente domino Heliseo uiri centum comederunt et superfuit: Non Heliseus uerum
Christus hic in gaudio presentis festiuitatis pascit: cuius liberalissima bonitas nescit finem: Cui non dicat
Amos 5° nunc ut quondam spretis eius per os prophete loquutus est Odi et proieci festiuitates uestras et non capiam
odorem cetuum uestrorum: Aufer a me tumultum carminum tuorum et cantica lyre tue non audiam: Hec uox
in illud mitissimum conuersum est oraculum: Venite ad me omnes qui onerati estis et ego reficiam
vos. Eamdem igitur uiri patres hunc sacratissimum diem insigni tripudio concelebrantes cum re
demptore nostro medio festiuam hanc noctis ultime (uitam uero humana arbitror) que futuram diem pre
tum post se ducet, quamquam etiam agemus in memoria dilectionis et amare mortis domini Jesu
Apo: 22 quo tandem ei congaudere possimus in sancta ciuitate noua Hierusalem apud fluuium aque
uiuentis in perpetua eternitate

Dixi

Anno domini 20 die mensis Junii

J C

B

olim consignauit. Huius nunc presentis / presentem triumphum inspectamus: Ecce nascitur nobis:
ministrat nobis: pendet ante nos in cruce: moritur / memoria teste: Regnat / viuens nobiscum
Immo conuersatur inter binos testes / qui eam hanc pacem inter se contractant. Hec est ab ipso
Nº. 13º palmite pregnans vua: quam in vecte viri duo / qualescunque sint ille fideles utriusque testamenti instru-
menti testes / portare vix valent: vbi quoque ficus / et mala granata multiphariam: unde nos delicia-
rum vetitis et negatis nimis diu paradysi / participes denuo iam effecti sumus. Nam si sanguis hir-
ad hebr. 9º corum / et cinis vitule consparsus / inquinatos / olim sub lege sanctificauit / in emundationem carnis: quan-
to magis Christi sanguis / qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum / emundauit
ab operibus mortuis / ad seruiendum deo viuenti: qui mortuus est semel / vt nos
viuamus. Hic est agnus occisus / dignus aperire librum et soluere septem signacula / cui benedic-
Apoca 5º et honor ab omni creatura merito debentur / presertim in hoc sanctissimo die: quem in monte
nouoque carmine collaudare / nemo poterit / nisi de tot milibus / dumtaxat centum quadraginta
Apoca 14 de terrenis inquinamentis velut innocentes empti sunt: Hoc est lignum vite / florens in medio
Genesis 2º si posueris in aquas Marath / post trium dierum sitim in solitudine Sur/ deserti medii / dulcescit
Exodi 15º Hic est fluuius exiens de loco voluptatis / in quattuor mundi partes diuisus / irrigans vniuer-
ad producendum fertilem fructum / vigesimum et centesimum: Hoc est holocaustum immaculatum / quod
Leuitici 1º naculi testimonii solenniter offertur ad placandum deum / de quo tantum de sacerdotali genere
Leuitici 12 femur vesci potest / quia sanctum sanctorum est: Hoc est manna suauissimum: cuius umbra fuit
Exodi 16 bus / patribus de celo prebitum est: Hic preterea (cui nunc aras per orbem terrarum fumant odor-
Genesis 37 39 et 41 ueris est Joseph / quem sui fratres nequiter interfici cogitantes / uno dant fauis consilium / vendu-
qui tandem pallium reliquit in manu meretricis Aegyptie / meliorem estimans iacturam
pudicitie / magisque tunc eligens carnis indumento spoliatus in mortis carcerem descendere
adulterine voci acquiescere / illi inique voci qua dedit: Hec autem dabo tibi si procidens adorau-
ator hinc mundi recte vocatus est hic sicut ille sub figura pane viri panis / hic est qui
Deut 8º petra durissima / abauiis patres nostros pane celesti per solitudinem / et mortuus maxillis
Judicum 15 abunde fesso quondam Sansoni prebere iussit. Igitur qui verbo de nihilo creauit deus /
potentia nature non commutat ordinem aliquem triumphans. cum tam a nature cursibus alie-
nus ostenderet / et nos plebem electam semetipso alteret / sub vini panisque miranda specie /
nobis castissimas epulas gloriose proponens / quas olim transitus ab hoc mundo fratribus
tergeret dilectionis exhibuit / corpus et sanguinem suum preciosissimum sub eorum forma qui
optime nutritioni seruiunt: vt et hic viaticus anime cibus / mentem seruet in perpetuum / ne post
Leuitici 23 Hec igitur nobis tabernaculorum festa septem diebus in quibus oblatio deo dabitur: quapropter
Numeri 10º gentis nostre conuocandum / vt cum arca tam grandissimi foederis castra moueat / argentee duc-
cintrepent / Cum quoque mortalem ligni dulcibus modulis consolentur: quia nunc ad eleua-
promissionis diaboli victorem vniuersa chors malorum demonum cedit / contabescat / sparg-
sanctissimis tuis delicijs pasci velit / necnon gloriosissime crucis sacri presepis / ad hunc mo-
sanctis / calciamentum concupiscentie soluat / quia locus est sanctus vbi dominus et non angelus ex rubo lo-
quitur / et tamen eius timendum est / qui nunquam est ita misericors / quin non et simul verax: neque seuerissi-
a mitissima clementia secretum est / qui non peccantibus angelis non solum infructuosam
2 Regum 13 Cur pressit natus Ozam aurigam in arca Chidon / tendentem forte manum vt arcam lapsam
colli Carathiarim ex Juda ducebatur / sustentaret. Nos quippe lasciuientes paulatim inclina-
[illegible] quod ita magnificum ea continuit. Vane dumtaxat lapideas tabulas duas: que cum
3 Regum 8º Salomonis per sacerdotes poneretur nebula domum impleuit et gloria domini cunctis apparuit
cum in habitaculum suum pulcherrime commendatum: hunc hospitem accipiens vere
dies petit / intimis precordiorum visceribus per longos psalmos et laudum cantica susceptum
Et hic noster hospes et deus post coenam de quo loquimur triumphum / gemendus quod aggressurus
Marci 14 Lucae 2º exiuit in montem Oliuarum: Hunc et recte nos continere possumus Induxisti nos in terram Carmeli vt comederemus